

JESUM
 NOBIS NATUM
HODIE
 LÆTO INTUITUS ANIMO
FESTUM
NATIVITATIS
CHRISTI

INDICIT
 ET SIMUL
 AD ORATIONEM SOLEMNEM
 IPSA FERIARUM NATIVITATIS PRIMA
 CIRCA HORAM XII.
 IN ILLUSTRIS AUGUSTEI TEMPLO
 EX UMBONE SACRO
 AUDIENDAM

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIM. MINISTROS
 ET UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES CUM OMNIBUS
 QUOS LEUCOPETRA FOVET LITERARUM FAU-
 TORIBUS NOSTRISQUE ILLUSTRIS AU-
 GUSTEI CIVIBUS

DECENTISSIME HUMANISSIMEQUE

INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS, SS. TH. B.
 CONSIL. SAXO-WEISSENFELS, ILL. AUGUST. RECT. ET P.P.

35

A4





Philippus Melancthon communis olim salutat Germaniae Doctor, aliquando interrogatus: Cur Nativitatis Christi Fesfo anniversario in Ecclesia adhuc continuo canetur: Ein Kindlein so lobelich ist uns geboren heute; cum tot secula jam inde à Nativitate Christi elapsa sint; respondisse legitur: Id fieri, quia eodem adhuc hodie soletis indigeamus ex Nativitate Christi in nos redundante. Est enim Christus HERI & HODIE Hebr. XIII, 8. Si ergo V. T. Fideles hanc fidem intuitu rei future professi sunt Ef. IX, 6. Puer natus est nobis. Nos quoque HODIE in N. T. intuitu rei impleta & præterita vel potius præsentis lato canemus animo: Ein Kindlein so lobelich ist uns geboren HEUTE. Graviter hoc enunciat D. Joh. Bened. Carpzovius P. I. Conc. sup. Cant. p. 424: Derobalben ist es nicht unrecht, daß wir es noch sagen und sprechen, auch heute sey es uns geboren, indem wir hierdurch die Zeit N. Testaments andeuten, in welcher geschehen und erfüllt worden, was in dem A. Testamente verheissen und zukünftig war. Denn da die Zeit erfüllt war, sandte Gott seinen Sohn Es. Gal. 4, 4. Hat Moses als er den Kindern Israel das Gesetz gegeben, das Wort heute unterschiedliche mal gebraucht und gesagt: Heutiges Tages gebue dir der Herr dein Gott, daß du Ihn nach allen diesen Geboten und Rechten daß du sie haltest, Deut. 26, 16, 30, 11. 16. aber dadurch anzeigen wollen, sie würden nicht allein an selbigen Tage das Gesetz zu halten ermahnet, sondern auch täglich erinnern, denselben nachzukommen, so deuten wir auch hier mit dem Heute an, daß Jesu Geburt uns alle Tage fröhlich und erspriehlich sey. His communiter addunt etiam hanc verborum cantici rationem, quod Christus adhuc hodie modo spiritualis nascitur in iis omnibus, qui ejus natiuitatem eiusque meritum vera fidei fiducia apprehendant sibi que applicant. Quae pia quorundam piosum Virorum meditatio est, quadam analogia nixa, quam exposuit D. Danubianus Christophorus l. 3. a. 2. pag. 217. Usum hujus Articuli de Nativitate Christi si tradiderunt scribit: „MARIA generix docet Ecclesiam & ejus ministros, quæ mulieri parturienti „comparatur Joh. 16, 21. Apoc. 12, 2. & seq. ut per ministros cum dolore pariat dicitur & accipit „φωσὶν Χριστός Gal. 4, 19. nil veritate Draconis rubi insidias, parata cum Christo exulare, infans „in mari, & transitum gladii sustinere, divinæ voluntati tora subiecta Luc. 1, 38. συνδεδευται ἐν „τῇ καρδίᾳ fidei mysteria καὶ συντηρεῖτα Luc. 2, 19. in laudandis mirabilibus Dei usque oc- „cupata Luc. 1, 46. SEMEN in hoc spirituali Ecclesie partu est sanctissimum Dei Verbum, „singulari Spiritu S. ἐπιθεωροῦν fecundum. FASCIE sunt Sacramenta τὰς οὐκ ἐν τῷ σαρκὶ „Luc. 2, 12. PRÆSEPE cor humanum fide complectens Salvatore. PARTUS CHRISTUS „est, qui ut olim Innocentius dicebat: De Patre nascitur semper, de Matre semel, in nobis „sepe; cuius usque Partus nihil est aliud, quam imputatio justitiæ Christi fide apprehensa, per „quam Christus impervestigabili modo cor ingreditur, spirituali se illi unione sociat, in fluxu „lucis ac vitæ spiritualis beat, animam suam justitia ornat, primitivus Spiritus S. donat, Patri „coelesti sinit ac efficit τὸν Φύραμα 1 Cor. 5, 17. καὶ γὰρ ἄλλος novum hominem Ephes. 4, 24. „Eaque loquendi forma spiritualis Nativitatis Christi in corde hominis credentis mul- „tum delectati sunt Ascetici, & sapienter cam landarunt Oratores sacri, quando vel istam can- „tionem illustrarunt, aut hujus Festi Nativitatis Christi rationem exposuerunt, plures enar- „rando nativitates Christi 1) ut Filii Dei ex generatione æterna Patris 2) Θεογονίαν ex Maria „Virgine & 3) hanc spirituales in corde fidelium. Unius atque alterius de hac spirituali na- „tivate Christi in nobis adduxisse testimonium in præsentem sufficit, D. Phil. Galli est in Postilla „Proph. conc. 1. p. 31. Die innerliche und geistliche Geburt Christi, welche geschieht ratione „effectus & applicationis in dem Herzen der Gläubigen zu allerzeit, so oft sie sich der seligen „Geburts des lieben Jesuleins freuen und trösten, daß der ewige Sohn Gottes von seinem himm- „lischen Vater auch ihnen zu gut geschencket und gegeben, Et. 9, 6. &c. Pariter D. Aug. Pfeiff- „erus adductæ responsioni Philippi hæc subjicit in der Schatz-Cam. F. Nativ. pag. 95. Denn wer „Christi Verdienst mit gläubigen Vertrauen ins Hertz faffet, in dem wird er noch heute gebob- „ren und gewinnet noch eine Gestalt in seinen Herten Gal. 4, 19. His similia memini me le- „gere, non apud Lutherum qui hanc spirituales nativitates Christi in nobis ignoravit, v. tom. „VI. Alc. p. 1180, sed apud alios nonnullos Doctores minime suspectos. De quibus hoc mo- „endum est probeque notandum, quod hi, dum de spirituali Christi nativitate in cor de fide- „lium loquuntur, haut quaquam cum Fanaticis intelligant novam nativitatem proprie dictam, „sed

sed figurate & spiritualiter sic appellatam, in qua Christus non iterum homo fiat, sed quod semel corporaliter ex Virgine Maria natus ac *Sua* *et* *verus* factus per fidem apprehendatur & spiritualiter in fidelibus vivere incipiat. Gal. 2, 20. Quo ipso longe abesse jubeatur sensus ille incarnaticus, quo *Quakeri* in se noviter concipi, incarnari & nasci Christum docent *essentialiter* & *essentialiter* vere proprieque, adeo, ut fidelis ipse quasi mutetur in Christum, & Christus cum homine fideli una quali persona fiat, ita ut hoc intuiru quisvis fidelis etiam dicere possit: *Ego sum Christus*; & *Christus*: *Ego sum iste peccator, vel furor, vel furtor*, sc. subjective & personaliter. Nam imputative & moraliter *fr. Lutherus* aliquando ipse ea formula usus est, sed ejus sobriam explicationem statim addidit. V. tom. 4. Jen. Lat. p. 55. b. & T. 6. Alt. pag. 624. Hæ enim sunt ista Fanaticorum formulæ adeo amare à Böhmlitis & Arnoldistis: *Christus wird in uns ohne Wortblum* (i. e. vere proprieque, non figurate) *geboren*; *er wird wirklich und wesentlich in uns empfangen als in einer Mutter wahrhaftig gebildet und geboren*; *er wird Mensch in uns*; *ein Gläubiger ist daher wahrhaftig Christi Mutter und kan doch auch wahrhaftig von sich sagen: Ich bin Christus*; & c. Quibus addit *fr. Stiefelius* *Act. v. auf D. Weberi* disp. p. 49. Christum & fidelem non esse duo, sed unum *nicht zwey - sondern eins - so daß der ewige Sohn Gottes ist in denen Gläubigen ein Schneider, Schuster und dergleichen Handwercksmann*. Quæ tam absona sunt, ut qui desipere inter Quakeros primi cum *Barclajo* desisse videri possunt in Apologia frustra querant bonum illis insere sensum, tradentes: *Daß sie sich nicht für Christum und seine Braut rühmen im alten Adamschen Ständes, sondern weil der Glaube Christi des einigen Gerechten im Esaiä (Stiefelio) und Eschiel (Metho) in ihr Fleisch und Blut ganz neu geboren & c.* An ergo nihil aliud volunt ista forma loquendi: *Christus in nobis nascitur, ego sum Christus vere essentialiter & personaliter propriis sineque*, quam fidem Christi in nobis gigni? quis hoc intelligit, sibi que privadebit? Sic frivolum quoque est quod *Anonymus* tr. *Kede mit Gott* p. 74. ait: Eos nihil aliud intendere his locutionibus *als daß alles auf Gottes Werk in uns - auslaufe, obgleich mancherley terminos der Mensch nicht begreife*. Sed hic color potest adesse & abesse sine Fanaticorum interitu. Et nihilominus in coetu nostro sunt & fuerunt *Arnoldus*, *Dippelius*, *Peterseus*, aliiq; plures, qui hos scolulos studiose ex *Taulero*, *Weigelo*, *Böhmio* & ipsis Quakeris excerpunt, laudant & defendunt, aut ambiguo saltem vocum lusu excusant. Quæ Fanaticorum turba, quo magis à longo jam tempore invaluit & per Amatores Böhmi crevit, eo magis ipsa illa alioquin innoxia nostratium sensu intellecta loquendi ratio *spiritualis conceptionis & nativitate Christi in nobis*, in perversum sensum rapi & cum simplicium offensione frequentari cœpit, quodque Theologos quosque optimos sæpe movit, ut ab ea mallent abstinere. Non silenda nobis in præfenti sunt amœba illa scripta in quibus *D. Pfulius* Theolog. Gultroventis & postea Neobrandenburgensis longe meritisimus & *Cramerius* nec non *Rango* & *Fabricius* Sedinensium lumina, de hac *nativitate Christi in nobis* aliusque similibus loquendi formulis, quas *Pfulius* defendit, hi vero improbarunt, acriter inter se contenderunt. *D. Pfulius* in Apologia orthodoxæ Pfulianæ ed. 1691. non tantum multa Theologorum nomina allegavit, qui ea loquendi forma usi sunt, sed & Responsa Theologorum ex Academiis adduxit, in quibus hæc *Tübingensium* sunt: *Ein anders ist einer Redens-Art in einem reinen und gesunden Verstande sich bedienen, ein anders eine phrasin in einem irrigen und Gottes Wort widrigen Verstande gebrauchen. Ein anders ist eine Weise zu reden, so von falschen Lehrern geführt wird, mit solcher restriction anführen, daß gleich daraus erhellet, daß kein Irrthum darhinter stecke; ein anders wenn dergleichen verdächtige Wort schlechter dinges ohne einige limitation adhibiret werden; Ein anders wenn bey bekandten ungezweiften reinen Lehrern unserer Kirchen dergleichen phrasen sich finden; ein anders so in verdächtigem oder offenbar falschem und irrigen Schriftten dergleichen eingeführt werden.* Et *D. Henningius* Theologus Gryphisvaldensis acutissimus in suo Responso notavit, nasci & renasci aut opponi morti spirituali aut absentie manifestationis: *Und so ferne könne es Christo zugeleget werden, wenn derselbige in den Herzen der Gläubigen durch den Glauben angenommen, und daselbst gebildet werde, so heist es Christus werde geistlich geboren, nicht quæ rem, sed qua manifestationem & receptionem, nicht als wenn Er für sich und in sich einen Anfang des Lebens nehme, sondern weil Er in dem bekehrten subjecto anböbe ein geistlich Leben und in dem geistlichen Leben sich äußert und sein Bild lebentlässe.* Quibus omnibus

nixus

nixus D. Pfulius se fufe defendit. Enimvero ab altera parte demonstratum fuit, has loquenti formas in *Quaerorum* scholis natas esse & adultas cupidissimeque acceptatas à *Taulero*, *Schwenckfeldio*, *W'eigelo*, *Stiefelo*, *Merbo*, *Arndio*, *Hoburgio*, *Pofello*, *Rathmanno*, *Fratoria*, *Statio*, *Ammersbachio*, aliisque, à cordatoribus vero Theologis post enatas de his controverfiis perpetuo rejectas & improbatas ab iis ipsis, qui ante motas publice lites illis ufi fuerunt, scil. ante mota certamina securius locuti, quod Theologi Ienenfes de ipfo *D. Job. Gerharδο* testantur in Censura aduersus Rathmannum. Eo quod nec scripturarix sint, nec ullo modo ex Galat. IV, 19. fluant, cum ibi hoc tantum dicatur, quod Paulus instar parturientis Galatas (non Christum) multis cum doloribus parturiat & ad fidem priorem iterum regeneret, à qua per Pseudo-Apostolos legem crepantes abducti fuerant, *αρχε εμπεδο η γενεα*, eo fine, ut Christus formetur in ipsis, i. e. ut recta fides de Christo, qua credant Christum ad salutem sufficere sine legalium obseruatione, restituatur & vita vere Evangelica in ipsis redintegretur. *Christus formatur*, inquit *Quistorpius* ad h. l., quando ibi recte cognoscitur, certa fiducia in illius merito recumbitur, nec in alio preterquam in Christo salus & uita aeterna quaeritur. conf. *Lutherus* T. 6. Alr. ad h. l. Quae longe ablunt ab eo, quo *Christus* dicitur nasci in nobis: eaque formula Spiritui S. inueta & non necessaria laudati Theologi salutariter moment abstinendum, ne colludere cum hodierna Fanaticorum colluue & eorum *τετρατα* vel approbare vel excusare videamur. Non ignoramus addit *D. Sebelwigi*us in *Qvok* P. 2. p. 156. aut diffitemur ex *Orthodoxis* etiam Theologis praesertim ante mota cum *W'eigelianis* similibusque Fanaticis certamina, nonnullos de interiori & spiritali natiuitate Christi egisse, per quam intelligebant gratiosum Domini in cor fidele aduentum. Aqua phrasi nunc cautiore facti, cum Scriptura nullibi sic loquatur, ne de hereticis opinionibus, quomodoque participare videamur, abstinendum esse censemus. Prate ea quod ad canticum supra laudatum attinet, nec *Auctor* Cantici, quicumque tandem fuerit (nam ante *Lutherum* hoc canticum usam esse Ecclesiam testatur ipse *Lutherus* V. *Olearius* tr. pec. de Cantic.) hoc intendit, dum iaddit: *Von einer Jungfrau* &c. Nam aliud est: *Christus natus est nobis hodie ex uirgine*, & aliud: *Christus natus est in nobis*, aut *adhuc hodie in nobis concipitur, incarnatur & nascitur*. Illud Scripturae est & legitur *El. IX, 6. Luc. II, 11.*, & loquitur nostrum canticum. Hoc, sc. *Christum nasci in nobis*, in Scriptura non legitur. Homines in S. Literis dicuntur iterum nasci seu renasci & regenerari non autem Christus. Et Paulus legitur *πάλυ αδιου* Galatas Gal. IV, 19, γεννα & *Corinthios* I Cor. IV, 15, &c. non autem Christum. Regenerationis autem terminus, consequens & finis est, ut formetur Christus in regenitis, non nova Christi incarnatione & natiuitate, sed uera & redintegrata fide & uita fidei. Nos ergo potius loquimur cum Scripturis, canimus & dicimus: Christum natum esse nobis, factum esse hominem nostri causa & pro nobis, venire ad nos per Verbum & Sacramenta, habitare, vivere & esse in nobis per fidem &c. Et ipsam Christi incarnationem & natiuitatem olim semel factam in canticum illo recolimus, celebramus, nostrae salutis causa factam credimus, nobis fide applicamus & in ea fiduciam nostrae salutis ponimus, & fide hac vivimus, non minori *πληγε Φοβη*, quam V. T. fideles, quam testati sunt in re futura, quam anhelarunt, & tamen in ea exularunt tanquam praesentissima, quod *Eliás* loquitur *El. IX, 6. Puer natus est nobis, Filius datus est nobis* &c. Quae illorum fides nobis quoque intenda est & imitanda, si non superanda in re adimpleta & praesenti Gal. IV, 4. Ad hoc laetissimum fidei Christianae exercitium in hoc Natali tempore nos antiquo *Jacobi Patriarchae* exemplo excitare in Oratione solenni instituit *Juuenis* praeclearae indolis & uestigia Parentis sui *VIRI Plurimum Reverendi, Amplissimi atq. Doctissimi DN. M. Christoph. Andr. Thümmelii, Pastoris de Ecclesia Barnstadiensis* quam optime meriti, *Fauoris ac Amici nostri* integerrimi maximeque honorandi pia & docta gnauiter legens *Nobilissimus ac Prestantissimus Dn. Christianus Fridericus Thümmelius, Barnstadiensis*, SS. Theol. Studiosus indefessus, *Commensalis & Domesticus meus* perquam dilectus. Quem de **JACOBO SALLUTARE DOMINI EXPECTANTE** e promta memoria dicturum, ut *Honoratissimi DNN. Auditores Meccenates & Literarum Fauores* benigne cupideque audiant maiorem in modum etiam atque etiam peto atque contendo. P. P. D. 4. Advent.

M. DCC XX VIII.

LEUCOPETRÆ,

Literis Godofr. Andr. Legii, Aul. & August. Typogr.

78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506


KONP

017





JESUM
 NOBIS NATUM
 HODIE
 LAETO INTUITUS ANIMO
FESTUM
NATIVITATIS
CHRISTI



INDICIT
 T SIMUL
 ONEM SOLENNEM
 NATIVITATIS PRIMA
 HORAM XII.
 AUGUSTEI TEMPLO
 BONE SACRO
 IDIENDAM
 SERENISSIM. MINISTROS
 L. PROCERES CUM OMNIBUS
 FOVET LITERARUM FAU-
 RISQUE ILLUSTRIS AU-
 TEI CIVIBUS
 AE HUMANISSIME QUE
 NVITAT
 S REINECCIUS, SS. TH. B.,
 FELS, ILL. AUGUST. RECT. ET P.P.

AK

